

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois
Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois
Iulianu Logoi Deka**

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

In epistolam ad Themistium

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1694

AD ORATIONEM VIII.

Propempticon est Sallustii e Gallia proficiscentis in Illyricum & Thraciam : quem quidem Julianus in paucis carum & consiliorum omnium participem habuit. Scripsit autem hanc orationem superflite Constantio , quum Cæsaris titulo Gallias administraret : vt ex pag. 252. 253. colligitur. Vnde etiam constat, Sallustum e Galliis ortum accepisse. Cæterum tempus illud , quo digredientem Sallustum prosecutus est hac oratione Julianus , significari arbitror pag. 282. Epistolæ ad S. P. Q. Atheniens. vbi a Constantio translatum e Galliis esse Sallustum refert, quod Juliani esset amicus.

IN EPISTOLAM,

quæ est

AD THEMISTIVM.

Scipserat ad Julianum Themistius Philosophus sub id fortasse tempus, quo mortuo Constantio , solus rerum potitus est : & ingentibus Heroum propo- sitis exemplis, ad eandem in imperio virtutem & animi magnitudinem explicandam hortatus erat. Cui hac epistola responderet Julianus , & consequendæ tantæ felicitatis ac gloriæ difficultatem prædicat : præsertim quod incertos exitus rerum ac vicissitudines nemo præstare possit, quodque hominem hominibus impere difficillimum sit, vt Plato , & Aristoteles , ille libro de Legibus quarto , iste in Politicis , testantur.

Pag. 254. C. lin. 8. τὸν ὠρθμὸν τὸν ταρόντιον) Difficile est, quo de freto loquatur, conicere. Suspicor tamen Bosporum intelligi, ac Byzantii tum fuisse Themistium.

Pag. 255. D. lin. 9. Χρύσιππος δὲ ἐώνει) Nam Stoici felicitatem sola virtute metiebantur : contra quam Peripatetici.

Pag. 256. C. lin. 9. καὶ πεποίησται καὶ σεργηγόν) Ante hæc asteriscos posuimus. Nam desunt aliqua. Sed in codicibus nostris inculcatum erat Fragmentum quoddam alterius epistolæ , quam ad Arlacum, nisi fallor, Pontificem scripsit ; in qua res ad religionem ac Deorum cultum spectantes ordinavit: quod nos alieno loco detractum separatum edidimus ; quæ sequuntur autem ad Themistium scripta videntur.

Pag. 257. D. lin. 9. 10. Θεὸς μὲν τάντα) Totus hic locus e lib. 4. Platonis de Legibus exscriptus est, quem e Platone ipso aliquot locis emendauiimus : cætera, quæ Julianus ipse aliter concepisse videri potest, ad marginem adnotauimus.

Pag. 258. D. lin. 8. τάτων δεομένην) Post δεομένην apud Platonem ista leguntur : σέγγοσαν δὲ γδέν· αλλ' ανηνύτω καὶ απλήσω πανῶ νοσήματι ξυνεχομένην ἀρξει δῆ, &c. Quæ fortasse breuitatis studio Julianus omiserit.

Pag. 259. C. lin. 10. 11. τῷ τὸν ἑταῖρον ἡμῶν αὐτοῦ Αράξιον) Araxii meminit Ammianus lib. 26. sub finem; & Procopii partes secutum, eo cælo in insulam deportatum, ac postea liberatum refert.